

## III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 29.

*Politica Mortuorum Colloquia.*

Elysium-Meum. Die Veneris. 4. May. 1810. (Nevv. 6. Apr. 1810.)

Ultra Garamantas & Indos  
Proferet Imperium.*Virgil.**Aureng — Zeb.*

Annus erat duodecimus, Seculi Septimi decimi, quo Angli a Magno Mogole veniam nacti prima Commercialia Collegia in *Surate* habendi, unde per *Aureng Zebum* exacti sunt. — Eximius hic aquisitor eos Bengalia postmodum eiecit. — Redivere rursus, & nunc — Superi! quam amplam, quam extensam in hac Penninsula Asiæ eorum est Imperium in Indiis Orientalibus. — Historia *Aureng Zebi* memoratu digna est. —

Ejus molli posteritati Angli dominatum Indiarum Orientalium superstruxere — quis quæso, erat ille vir? & celebrabimus, prædicabimus eum! —

*Aureng - Zeb.* Magnus Mogol inite cum fratre consilio adversus patrem suum *Schach-Gehan* conspirat eumque 1660 in duram conjecit captivitatem. Sequente tempore conspiratis diffidit, ipsos adhuc reliquos fratres duos suffert e medio & fatali fane perim

jubet. Patre suo morbo correpto medicum expedit, potius veneficum, qui ad Acheronta eum ablegavit.

Hac ille ratione pacifica regni possessione potius tyrannidem suam expiare se posses ratur hordeaceo pane squæve potumacerat; omnipotens numen, vociferabat is, solum mihi largitum est, quod tenui ex principe, (Fakir) ad summum orbis terrarum me indignum exexit fastigium, ut universum hac ratione doceat humanum genus: a se humiliari superbos, contra exaltari humiles. —

Poenitens hic eseleber cunctis in bellicis expeditionibus secunda usus fortuna. Occupavit armis regnum Decan, Visapour, Golconda, & ferme eam Penninsulam quam ora Coromandelis & Malabaris ambit. In aciei medio versari solebat, metu ductus, ne liberi ea secum, qua is eum patre egit, ratione agitent. Supremum obiit 1707 Censenario proximus. —

Ex descriptione quam historici de eo texunt, videtur ab eo multa bona patrandi fuisse, si cultæ genti imperasset — atque litteras in eo præsidium reperturas fuisse. — — debebat fortunam suam tam moderationi quam audaciæ & infractæ solertiæ suæ, vix difficili morbo liberatus ultra quam imbecillitas virium ferebat, negotiis vacabat, quod cum vice quadam minister ei ob oculos poneret, quam res periculi plena esset immoderato labori indulgere, obsecrare que ut valetudinis vitæque, quæ per id in non

love discrimen adducitur rationem haberet, consuleret, tum Aureng Zebus terro, minae ei contemptus & indignationis pleno vultu hominem contutus, rex adstantes aulicos intuens his auro cedroque dignis verbis adfatus: „An non ultro fatemini dari adjuncta, quibus imperans vitæ discrimini se objicere, & armis disinctus mortem pro subditis oppetere obligatur posceate salute patriæ? & hic turpis adulator cunctatur ut vigilias valetudinem felicitati subditorum meorum impendam. — An me latere autumat: ea ex ratione a supremo Numine me solio admotum, ut millionum hominum quibus me præfecit salutem promoveam? — Nequaquam, teneant alii per me licet quod placet, vel potius placeat, quod tenent, *Aureng-Zebus* nullo unquam tempore Carminis divi *Shadi* immemor erit carentis;

*O Reges! aut dominemini soli, aut reges esse desinite!*” —

Porro: An opes, vis & potentia queunt satis irretire? an non casses suffocientes struere, insidias abunde parare? heu nos miseros! omnia ad mollitiem pertrahunt! feminæ suis illecebris voluptatem excitant, suisque blanditiis; an & ministri infidas voces attollere debent, ad continuo inbellem & vacillantem regum virtutem oppugnandam & moestis destruendam consiliis?”

Quamquam hic princeps Zelo eximio in Alcoranum ferri videretur, eumque adfectaret, auctor nihilominus *Revelationum Indiarum* præ-

tendit eum non alii, quam Deismo, religio-  
ni addictum fuisse. Narrat quippe: Aureng-  
Zebum vice quadam erudito cum Rabino col-  
loquium de diversis in orbe religionibus habuis-  
se, eique dixisse:

„Cui, amabo, eorum prærogativa danda:  
Christianæ, Mahomedanæ aut vero Mo-  
saicæ?“ Domine! — reperiēbat Hebraicus  
Doctor, qui consecraria id genus Colloquii  
metuebat, — Domine! Accidit ut quidam  
paterfamilias adamantem inestimabilis pretii  
possideret, quivis ejus filiorum ardebat cu-  
piditate ejus aliquando dominium aquirendi,  
quibusvis litibus post suam mortem occur-  
surus concordix inter ratos sollicitus pater,  
alios duos adparari jubet tanto cum artificio,  
ut primum egregie mentirentur, eique adeo  
similes essent, ut etsi spurii, nihilominus fieri  
non potuerit, ut a genuino distinguerentur;  
eos tres filios inter distribuit, quivis se ge-  
ninum tenere existimabat; neque errare se  
posse cogitabat. — Ex qua parabola Au-  
reng Zebus conclusit (perperam id quidem  
& temere) ab eodem Doctore statui: quas-  
vis religiones præcio non discrepare; — ve-  
rum hæc fabula, quæ eo consilio Biographiæ  
Aureng Zebi intexta videtur: ut certis neote-  
ricis incredulis tanto momentosior accidat,  
fabula inquam isthæc multo vetustior est Au-  
reng Zebo. Præterea ex iis, quæ *Cel. Gemelli  
Cazetti* aliique Historici prodiderunt,  
Aureng Zebum, sub finem saltim vitæ admo-  
dam religionum fuisse animadvertitur. — Lau-

datum *Genellius* ait: eum ex quo poenitentiam se dedit, caedis adpetentem esse desiisse, tamque probum mansuetumque fuisse, ut Praefecti & Omrai prohibitu agerent, cumque quaedam vice nimiam singulariterque hanc erga Ministros provinciarum animi lenitatem quidam exprobrarent, respondit: "

Naquaquam Deus sum, ut quod bonum est, his committere possim, & si patiunt mala divinam experientur Nezesim. —

Vita fuisse *Aurang-Zebo* cardines subjectionis Praefectorum, principum & regulorum (*Nabob*) laxiores facti — quibus eorum liber & independens esse voluit. — Dominatusque Britannicus, qui ex simplici Facto-  
ratu coaluerat, jam Magnam Mogolem, jam regulorum partes usque sequabatur, quo *Nadir Schach* imperium, penitus desolationi & dissolutioni objecisset. Ex hoc tempore Anglicana auctoritas momentosam in Indiis personam agere, sere adjuvare jam hunc, jam illum regulam, usque potentissimum eorum *Tipponem Saibum* prostravisset, — ejusque vastas ditiones ad se pertraxisset, vel inter amicos divisisset.

In argumento adgressionum, devastationumque Anglicani dominatus in Indiis Orientalibus *Cl. K. K. S. Gloyer* seqv. facit animadversiones:

„Communis ferme, quamquam oppido falsa opinio est: Orientales Indias princeps & praecipuum Britanniae fulorum virium potentiae & fortunarum esse. — Haec consideratio

licet penitus falsa sit, est nihilominus mirabile hoc Britannorum Regnum in orientalibus Indiis phenomenon centuplici vice notabile, dignum ut expendatur penitus & examinetur. Erronea in memorata præsumptione nostra ætate multa dicta scriptaque sunt, multiplices rationes laicæ ut hoc Britannorum dominium impetendum & diruendum foret; Partium studio vaeuo animo expendendo, Consilium isthoc a Gallia in effectum deduci posse haudquam videtur; verum quidem: Napoleonis exitium ingenium multa effecit, fieri quæ posse negabantur, ut & de hoc pene dubium enascatur. — A Gallico exercitu decuplo numerosiores copias Britannicas debellatum iri, nemo inficiatur — qui exactam Gallicanæ rei militaris notionem habet; at hic exercitus tam immensa regionum spatia peragrans, per diffusissimas Russiæ & Persiæ quemquam foederatorum ditiones expeditus, nulla prævalente maritima potentia adjunctus, a patrio solo abscissus, omnibus exinde sperandis suppetiis destitutus, ex integro arbitratui foederatorum qui ei in agendo socii essent, aut qui eum ambi- rent foederatorum vel saltim neutralium Statuum & gentium — quarum sentiendi ratio intra tam diuturnum ad tantam expeditionem necessarium tempus facile mutari potest — hic inquam Gallicanus exercitus tot tantisque vicissitudinibus patens vix spem secundi successus habere posset. — Generatim: exercitus foederatorum in foederata regione — hæc sunt semper adjuncta, quæ prorsus intricatam singu-

laremque relationem inter supremum Copiarum Praefectum, regimen & Collegium reiannonariae progignunt. Utrique parti singularis ratio est exercitus necessitates & regionis praestationes metiendi. Auctori hujus dissertationis occasio fuit commemoratio Gallici exercitus in Septemtrione tempore, An. 1808 cum id genus negotia manipulet, in hoc argumento admodum notabilem officiosam experientiam colligendi.

Ex parte Russiae contra, hoc consilium innegabiliter facilius effectui dari potest. Censpicuum Russiae exercitus agmibus fluvialibus navibus ex Nischney, Nowogored, aut saltem Stawropoli, per Volgam defluere, Astracane divisis partibus, navibus in Caspio mari usitatis Nazanderanum seu Chorazanum transiturum. Iter per provincias Chorazan, Kabul, Krandahar, Lakor, & Multan pro more eorum regionum egregie cultas & inhabitatas concordi cum Persia, Afahanistan, & Seikorum operam arduum esset, sed etsi hi Status populique adversarentur, tactica nihilominus Europaea Russorum exercitus ex averso tuti & novis suppetiis pro lubitu augendi. brevi domare provinciasque per quas transit occupatas tenere posset; ad Delhi exercitus hic jam in Brit. conditiones incideret, quarum plena subiectio paullo numerosiori exercitui Russico non posset non succedere; quippe bellicae Brit. vires Ostindiae circiter 30,000 viri Europ. & ad Europaeam normam exactae copiae, tum 88,500 indigenae (Siphais) nec minori exercitui Russico pares essent, eo minus aequali. — Copiae Britannorum in Ostindia sunt fortassis deteriores Copiis terrestribus Europaeis Britannicis; quae seu grex, seu dux, tactica exercitatio disciplinaeque spectetur, pauca virtutis ab An. 1793 de-

umenta dedere. Profecto esset Consilium gygantum Britannicam Ostindiam Russiac incorporandi, tum interjacentes regiones Sirhand, Sitinagur, Belur M. Bukharia, Fargana, Tashkunt, Turkestan planitiem & deserta amplae tribus Kirgisorum, mediam & partem Cohortem Kirgis Kasac. regionem Aralzenorum & Uzbeckorum, Khuaresm. & Turcomanniam inter Aral & Caspium Mare folio parentes Russicos videre, quantum Imperium! quam felices Indiarum populi Russico sub scepro essent!

Si praevis expendantur praecipua momenta & Epochae historiae Brit. Imperii & Commercii Ostindiae, tanto magis quaestionibus immorati expediet: quem gradum auctoritatis, potentiae externarum virium Indiae Brit. attigere? Quod pretium & valorem politicum hae ditiones & commercium Ostind. pro metropolitano territorio habet? in quo gradu opum nationalium, & virium intrinsecarum Brit. Ost. Imp. genuine consistit? etsi pretium polit. Ostindiae Brit. commerciumque Ostind. passim ferme exaggerate aestimatum sit, erant vicissim homines, qui id indecora prorsus ratione infra dignitatem deprecifere, imo eeu onus noxium proclamant; quae ipsa opinio in Parlamento tribus sub periodis, quibus Ostindica negotia praecipue discussioni subiecta sunt, invaluit. Fortassis seqv. Reflexiones ad id conferrent, ut in hoc argumento Judicium eo dirigatur: Brit. Ost. secundum civilem organisationi suae administrationem & bellicas vires caeteris ejusdem Statibus longe potentissimam esse; possessionem & Commer. Ostindicum M. Brit. Regno admodum aestimatum pro flore industriae & opum nationalium suarum esse quidem; at lucrum, quod M. Brit. pro virium & opum suarum incremento ex Ost. percipit, nequaquam e praecipuis, & principibus Magnitudinis suae fulcris esse; denique Ostind. Brit. vix quidem genuino nationalium opum & internarum politicarum virium flore reliquis plerisque Indiarum Statibus praestare, excellereque; atque cuivis ejusdem ambitus Europaeo Statui & ejusdem impopulationis, nimium esse inferiorem.